

venerunt homines isti, surge, & vade cum eis: Ibid. num. 2. 20. Si Regi Balac declaratum fuit à suis legatis, quod Deus prohibebat vim Ba- laam, ne iter arriperet cum hominibus illis, quo consilio, & affectu, alios interuentios destinat? Nunquid Deus poterat morari, ut facultatem eundi Ariolo denegatam cum primis legatis: modo aduenientibus secundis conce- dat Abuleu. Ibid. q. 6. ait. *De Dominus ex im- portunitate precantium saltem effectus eum misse- ret.* Itell. xit Rex Moabites inst. nta multum pravalere apud Deum: ac proinde si primi re- jecti sunt secundi postolata obtinebunt; quasi nefas esset non abnuere precibus multiplicatis: quod negatur paucis, plurimis homini- bus conceditur.

Multiplica- ta multorum preces obti- nent à Deo.

QUÆSTIO III.

Quare post tam largam orationem suos eligit Apostolos Christus Dominus?

8. A. I: Noster Evangelista in presenti, quod cum dies factus esset, elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit: & descendit cum illis ad turbas: post tam largam orationem descendit ad docendas, ac illuminandas turbas, miscenda est enim contemplatio, & actio ad salutem humani generis quod probat Chorus Angei us. Videt Jacob scalam celo missam: & Angelos Dei ascendentes, & descendentes: Genes. 28 n. 12. Formabo te vitz magis stris præstabit Schola Argelica; Prius Angeli per meditationem, ac contemplationem ascendunt ad Deum: Deinde quæ per meditationem, ac contemplationem intelligunt, ac percipiunt, per bonam actionem exercent ac exequentur in salutem proximorum. Hildebertus Epist. 37. ait: *Quod in contemplatione aspi- ciunt prout opus est, ad subditos reportant.*

Gen 28. Bonus vir quod per contemplationem aspi- cuit, exercet in salutem aliorum. Hildebert.

9. Post tam largam orationem ad electionem Apostolorum venit Christus D. de quo tracta- vi citato cap. 4. quæst. 3. Quia ut bene notat Tolerus hoc cap. annot. 16. est intimè Chris- tus agnosceret, illos tunc omnium discipulo- rum esse præstantiores, ac probiores, & eis pos- set sola sua voluntate omnem sufficientiam con- ferre, quod à primo suæ Incarnationis instanti jam meruerat; tamen orate voluit, & in ora- tione pernoctare, ut omnibus modis tanto muneri pares redderentur, & ut digni extarent ad tantum dignitatis apicem, ad quem allume- bantur, non enim dignitas dat honorem, sed probitas; nam ut ait D. Bernard. lib. 2. de Considerat. ad Eugenium. *Monstruosus est gradus summus, & animus infimus: sedes prima, & vita ima.* Vide disparitatem inter vitam & sedem, D. Chrylostom. homil. de principa- tu, habitu tom. 6. ait: *Nihil adeo Deum irri- rat, quam quod quidam præter merita honoribus orbi.*

D. Ber- nard. Res mon- struosa, in- dignus in sede. De Chryf.

10. Constituant Sacri Apostoli, ut in locum proditoris Judæ alter eligantur; & statuerunt duos, Joseph, qui iustus cognominabatur, & Mathiam. Et orantes dixerunt: Tu, Domine, qui corda nocti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus, Accipere locum ministerij hu-

jus, & Apostolatus, de quo prævaricatus est Ja- das, ut abiret in locum suum. Actor. 1. num. Auctor. 2. 25. Quisnam est iste locus, quam Judas tan- quam non suum, sed ut alienum reliquit, & quis est iste locus, in quem tanquam proprium transiit cum ejus proprius locus videatur Apo- stolatus, nam ipse inter Apostolos et Deus est à Christo; ut patet ex hoc cap. 6. num. 14. Caietanus aduertit, quod dicitur: *iste in locum suum: Quia hætenus occupaverat alienum, & ex propriis demeritis damnationis locum suum ef- fecit.* Judas cum electus fuit in Apostolum bo- nus & probus era: ut ex Sanctis Patribus p- obavi tom. 3. in Evangelica cap. 5. q. 20. Et quando bonus, & probus locus suum era: pul- torum, ac Apostolatus; Cum vero ex suis de- meritis iniquus, & malignus factus est, in lo- cum illum amisit, & alium, nempe, iniquo- rum, ac reproborum acquirit: *Hætenus oc- cupaverat alienum, & ex propriis demeritis, damnationis locum suum efficit.* Condignum di- gnitatis meritum, fulcimentum illius est; nam indigni promotio caduca est, & si in altum effertur, inde gravior, & major ruina imminet.

Caietana.

Proposito, loci a meri- to, vel de- merito su- mitur.

Ait Christus D. Luc. 10. num. 18. *Videbam Satanam sicut fulgur de celo cadentem:* & Psal. 112. *cicetur de Deo: De stercore erigens pamp- erum:* Vide quanta distantia interfit inter Cæ- lum & stercore, De Cælo supremo loco nitens, & resplendens Lucifer cadit; pauper ut Jobus se- dens in stercore omni miseria, ac humore cir- cundatus erigitur, & extollitur. Nunquid ster- quilinium gloriosus, ac illustris celo? Abfit. Sed quia in celo Lucifer, vitio, ac superbia se- dedit: in stercore Job à parte virtutis stetit; Hinc illo suo fulgore deurbatur in imum; Hic vero sua miseria, ac depressione in altum evehi- tur, & sublimatur; Non enim locus, sed glo- riosi mores faciunt ne homo à Dæmone pestan- detur, sed maximè à Deo condecoretur. D. Chrylost. homil. de Cæco nato tom. 6. ait: *Pro- funda est terra, & cælum in sublime tollitur, ac de celo cadit diabolus, postquam transgressus est & exaltatur de terra inopes. Vides non locorum dis- crimem efficere, ut superiores exaltamus, sed ubi- que fidem & patientiam, & spem promerentibus coronas acquirere:* Non enim à sedium gloria, sed à moribus metiendus est homo; sedeat qui- libet in sublime, si vitiiis scateat, crede illum vilissimum dæmonum mancipium, & proji- ciendum de suo loco ad ima inferni.

11. Luc. 10. Psalms 112.

Non corona- tur homo ab excellencia loci, sed à morum præ- stantia.

12.

Ostenditur Nabuchodonosori. *Magna ar- bor, & fortis, & proceritas ejus consingens cæ- lum...* Super eam habitabant animalia, & bestia, & in ramis ejus conservabatur volucres cæli. Daniel. 4. num. 8. Ecce arbor à Deo ostensa, quæ typum gerebat regni bene compositi, & administrati, in quo volucres cæli, in quo viri præstantes probitate morum, vitæ integritate, ac ingenij dexteritate, in sublimi, & alto residebant; At bestialibus moribus dediti, feri- nam vitam degentes, sylvestri, ac rustico inge- nio, ac doctrinâ, incres in imo, ac infimo de- jecti pascuntur. Sic meditat Richardus Vic- torin. lib. 2. de Eruditione, homil. part. 1. c. 17. *Divina, nempe, dispositio. Bestia, ait, imis coërcebat, spirituales vero in alta levabat; Quid quæso hoc genus monstri est, quod nostri temporis arbores, & Leones, vel a bestiales mentes portant in ramis, Volucres, erit*

Daniel. 4.

Honor dela- tus imme- renti latet. hic est. Rich. Vict.

cæli contra condiciones jura creatorisque instituta premunt in ramis. Quid quæso est, quod facitis, qui ejusmodi bruta, & bestialia corda in sublimi ar- tollitis? Si vero eos diligitis, cur eis non parcitis?

Quid quæso est, aliud, quam ruinam paratis? dum eos ad alta suspenditis, & quasi in ramis portatis. Qui indignos & immerito honoribus afficiant, eos ad ruinam, & præcipitium ducunt.

CAPUT VII.

1. CUM autem impleisset omnia verba sua in aures plebis, intravit Capharnaum, 2. Centurionis autem cujusdam servus male habens, erat moriturus; qui illi erat pretiosus. 3. Et cum audisset de Iesu, misit ad eum teniores Iudæorum, rogans eum, ut veniret & salvaret servum ejus. 4. At illi cum venisset ad Iesum rogabant eum sollicitè, dicentes ei, Quia dignus est ut hoc illi præstes: 5. Diligit enim gentem nostram, & Synagogam ipse ædificavit nobis. 6. Iesus autem ibat cum illis. Et cum jam non longè esset à domo misit ad eum Centurio amicos dicens, Domine, Noli vexari. Non enim sum dignus, ut sub rectum meum intres. 7. Propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus ut venirem ad te: sed dic verbo, & sanabitur puer meus. 8. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, vade, & vadit: alij, veni, & venit: & servo meo, fac hoc, & facit. 9. Quo audito, Iesus miratus est: & conversus, sequentibus se turbis, dixit, Amen dico vobis, nec in Israël tantam fidem inveni. 10. Et revertens qui missi fuerant domum, invenerunt servum qui languerat, sanum. 11. Et factum est deinceps, ibat in civitatem, quæ vocatur Naim & ibant cum eo discipuli ejus & turba copiosa. 12. Cum autem appropinquaret portæ civi- tatis. Ecce defunctus efferebatur, filius unicus matris suæ: & hæc vidua erat: & turba civitatis multa cum illa. 13. Quam cum vidisset Dominus, misericor- diâ motus super eam, dixit illi, Noli flere. 14. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt: 15. Et ait, Adolescens tibi dico, surge. Et resedit, qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ. 16. Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes, Quia pro- pheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitavit plebem suam. 17. Et exiit hic sermo in universam Iudæam de eo, & in omnem circa regionem. 18. Et nuntiaverunt Iohanni discipuli ejus de omnibus his. 19. Et convocavit duos de discipulis suis Iohannes, & misit ad Iesum dicens, Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? 20. Cum autem venissent ad eum viri dixerunt, Iohannes Baptista misit nos ad te dicens, Tu es, qui venturus es: an alium expectamus? 21. In ipsa autem hora multos curavit à languoribus, & plagis, & spiritibus malis: & cæcis multis donavit visum. 22. Et respondens dixit illis, Euntes renuntiate Ioha- ni, quæ audistis, & vidistis: Quæ cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundan- tur, surdi audiunt, mortui resurgunt. Pauperes Evangelizantur: 23. & beatus est quicumque non fuerit scandalizatus in me. 24. Et cum discessissent nuntij Ioha- nis, cœpit de Iohanne dicere ad turbas. Quid existis in desertum videre? arundi- nem vento moveri. 25. Sed quid existis videre hominem mollibus vestimentis indutum? ecce qui in veste pretiosa sunt, & deliciis, in domibus regum sunt. 26. Sed quid existis videre Prophetam? Utiq; dico vobis, & plusquam prophetam. 27. Hic est de quo scriptum est: ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam ante te. 28. Dico enim vobis, major inter natos mulierum propheta Iohanne Baptista nemo est, Qui autem minor est in regno Dei major est illo. 29. Et omnis populus audiens, & Publicani justificaverunt Deum, bap- tizati baptismo Iohannis. 30. Pharisei autem, & legis periti consilium Dei spreve- runt in semetipsos, non baptizati ab eo. 31. Ait autem Dominus. Cui ergo similes sedentibus in foro, & loquentibus ad invicem, & dicentibus. Cantavimus vobis tibiis, & non saltastis, lamentavimus, & non plorastis. 32. Similes sunt pueris tibiis, & non saltastis, lamentavimus, & non plorastis. 33. Venit autem Iohannes Baptista neque manducans panem neque bibens vinum, & dicitis, Dæmoni- um habet. 34. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicitis, ecce homo de- vorator bibens vinum, amicus publicanorum, & peccatorum. 35. Et justificata est



est sapientia ab omnibus filiis suis. 36. Rogabat autem illum quidam de Pharisæis ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi discubuit. 37. Et ecce mulier quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit quod occubuit in domo Pharisæi, attulit alabastrum unguenti: 38. Et stans retro secus pedes ejus, lachrymis cœpit rigare pedes ejus, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes ejus, & unguento ungebat. 39. Videns autem Pharisæus qui vocaverat eum, ait intra se dicens, hic si esset Propheta, sciret utique quæ, & qualis est mulier quæ tangit eum; quia peccatrix est. 40. Et respondens Jesus, dixit ad illum Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magister, dic. 41. Duo debitores erant cuidam fœneratori: unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. 42. Non habentibus illis unde redderent, donavit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? 43. Respondens Simon dixit. Æstimo quia is cui plus donavit. 44. Et conversus ad mulierem, dixit Simoni, Vides hanc mulierem? intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigavit pedes meos, & capillis suis terxit. 45. Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos. 46. Oleo caput meum non unxisti: hæc autem unxit pedes meos. 47. Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur minus diligit. 48. Dixit autem ad illam, remittuntur tibi peccata. 49. Et cœperunt qui simul accumbebant dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? 50. Dixit autem ad mulierem, Fides tua te salvam fecit. Vade in pace.



ARGUMENTUM cum Remissionibus.

- Primò, Vers. 1. Sanat servum Centurionis. De quo tractavi tom. 3. in Evangelia, & supra Math. 8.
Secundò, Vers. 11. Filium Viduæ Naim à morte suscitavit. De quo egi tom. 3. cap. 12.
Tertiò, Vers. 19. Discipulis Joannis Baptistæ rogantibus. Tu quis es? Non verbis, sed factis, ac miraculis respondet, se esse verum Messiam, sive Christum, quod explicavi tom. 3. cap. 13. & supra Matth. 11. & ibi de Joannis laudibus agit.
Quartò, Vers. 36. Magdalene pœnitentiæ peccata remittit; quod explicavi tom. 3. cap. 15. & hic modo dicam.

Convertitur Magdalena.

QUESTIO I.

Quare hæc mulier in primo Evangelij fronte, dicitur peccatrix?

1. Scribit Noster Evangelista in præsentis numero 37. Mulier, quæ erat in civitate peccatrix: De hoc Evangelio latè tractavi tom. 3. cap. 15. per 31. quæstiones, Pro majori do-

ctrina adde. Cur ejus proprium nomen taceatur? De quo dixi citato cap. 3. Cum verò peccatricem dicit mulierem, ejus nomen subicit. Ut placet Cajetano, & ait: Hujus mulieris nomen taceatur, propter honorem mulieris, quia peccatrix desribitur. Tamen de fama aliena curat Sacer Historicus. Scribit D. Marcus 14. n. 52. Quod cum comprehensus est Jesus in hortu; Adolefcens quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo; & tenuerunt eum: At ille relicta sindone, nudus profugit ab eis: Accusati juvenis de fuga turpi piè, ac anicè nomen tacet sic bonus quisque agit, Deo duce. Præclare D. Nazianzen. oration. 25. ait: D. Nazianz. Si quis rejecta sindone profugerit, eum congeget, &c. Si quis nudus auferat, Bonus vir eum cooperiat, ejus nomen occultans, ut ejus fama consular.
Dicitur mulier peccatrix, quia ita publicè habetur, ac reputabatur in Civitate, & quodnam crimen erat in muliere, quæ ita famè profitebatur; luxuria, nempe, quæ summè mulieris nomen infamat, ac turpe reddit. Ex quo canit Prudentius in Psychomachia.

Venerat occiduis mundi de finibus hostis Luxuria, extincta jam dudum prodiga fama. Prudentius 1.
Ubi luxuria regnat, illum primum percutit, ut bonam famam corrodât, ac bonam notam in muliere extinguat. Hinc fit, quod præclaram elegantiam, ac motum præstantiam fœminarum, nil illustrius demonstrat, quàm bona earum fama. Cantic. 6. dicitur num. 3. Pulchra es amica mea, suavis, & decora, sicut Jerusalem: ne. Septuaginta: Formosa es proxima mea, ut be. Cantic. 6. na opinio, pulchra ut Jerusalem: ita ut Divinæ Sponsæ tota pulchritudo, morum suavitas, ac splendida decoritas desumatur, ac proveniat à bona fama, opinione, ac Ierusalem; sicut, qui est videns Deum; ut dicit D. Ambrosius lib. 1. de Virginib. Non caduci, etiamque corporis pulchritudo, vel morbo peritura, vel senectute, sed nullis obnoxia castibus opinio bonorum nunquam m-

Cajetan. Nomen taceatur no peccatrix fama laudatur. Marc. 14.

D. Nazianz.

Prudentius 1.

Elegantia fœminarum desumitur à bona opinio-

Septuaginta

D. Ambros.

ritura meritorum virginibus est decori. Tota elegantia, ac pulchritudo fœminarum desumitur à bona fama ac opinione.

QUESTIO II.

Quare hæc mulier ingrediens domum stat retrò, & lachrymis cœpit lavare pedes Christi?

1. De his latè egi citato cap. 15. à quæst. 9. usque 16. Nunc verò considera, quod Petrus egressus furas stetit amare. Matth. 26. num. 5. At hæc Sancta Fœmina ingreditur domum, & lachrymas profundit. Expressit quisvis suo actu Sanctissimum virtutis affectum. Ille ingreditur foras videri verecundans tanto facinore commisso; Hæc ingreditur domum coram conviviis publicam faciens suam pœnitentiam ex publicis criminibus. Sæpe præclara virtus diversis, ac contrariis actionibus manifestatur. Docet Christus ad evitandam jactantiam, & clauso ostio, ad Patrem orandum. Matth. 6. n. 6. At Daniel. cap. 6. n. 10. Apertis januis in cenaculo suo. Ut viri Dei servi agnosceretur: De quo vide supra Matth. 8. quæst. 4. n. 19.

2. Secundò considera (de quo dixi tom. 5. in Evangelia lib. 7. cap. 1. q. 3.) Quod Sancta Magdalena, nunc apud Pharisæum lachrymis rigabat pedes Christi, & unguento ungebat. At juxta passionem Christi aiter se habuit apud Simonem leprosum; ut scribit. D. Matth. 26. n. 7. Cum autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi; accessit ad eum Mulier habens alabastrum unguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbens. Similiter habet D. Marcus 14. n. 3. Sancta sagacissima hæc sancta fœmina, prudentior videretur si à capite, ut pote à principaliori parte suam unctionem inciperet; Cur ergo à pedibus; deinde ad Caput: D. Rogo Hostiensis de Sacramento Dominicæ passionis, ait de Magdalena agens: Quid memorem de sepultura officio quod provenit de pedibus ad unctionem capitis. Mulier apud Pharisæum ex profunda humilitate ad Christi plantas se devolvit, ac dimisit; Inde Christus D. Manus mulieris, quæ se ipsas indignas reputabant tangere pedes ejus sic honorat, ac nobilitat, ut super caput suum elever, ac extollat ut Sanctum Dei verticem attingat. Quod uni tantum Joanni Baptistæ in Jordane post longum sanctissimam vitæ decursum ex magna amoris indulgentia concessum est.

3. Tertio: D. Laurentius Navariens. homil. de Pœnitent. ait: Ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, &c. Subito quasi meretrix audax intravit in domum, & atritiam publicis aspectibus frontem obtulit salvatori, audenter intravit. non respexit ad Pharisæum, sed recto limite tendit ad fontem, pudore privata, & pœnitentia armata, & facta est de meretrice virgo. Ecce in n. verba Christi ecclesia hæc mulier ponitur perfecta pœnitentiæ Idea, generosa audaci intrat mulier in domum suæ salutis remedium quærens, pudore privata: quia ingenti dolore de nulla illius ostentatione, ac vili ministerio verecundabatur, sed atritiam publicis aspectibus frontem obtulit salvatori; pœnitentiam, quam in animo conceperat, facie, ac vultu manifestabat: Non respexit ad Pharisæum, sed recto limite tendit ad fontem: Non attendit ad Pharisæum, nec ad aliquem alium, sed solum ad suæ salutis fontem, à quo salutis remedium poterat haurire; & inde quid consequens fuit: facta est de meretrice Virgo: tam ingens, ac magnifica fuit hujus mulieris pœnitentia, quæ erat prostituta meretrix; omni lasciviæ turpitudini dedita, facta est castissima, ac pudicissima Virgo. Postquam Prodigus ille cum meretricibus dissipaverat substantiam suam, lachrymis, ac pœnitentia tabescens, venit ad Patrem suum prostratus humi clamat. Pater peccavi in cælum & coram te: Quo promotus bonus senex ad servos suos ait: Cito proferte stolam primam, & date illi. Luc. 15. n. 22. Per stolam primam intelligit D. Augustinus in Quæstionibus Evangelicis: primam dignitatem, seu gratiam, quam perdidit Adamus: hæc autem gratia propria est illorum, qui sunt in statu innocentie; sic enim ille prodigus per suam intumam pœnitentiam, ac contritionem reformatus, ac restauratus est, ut veluti illum candorem primæ innocentie recuperaverit. Vide supra Matth. 1. p. 6. n. 8. 29. 30.

4. Quarto: D. Cyprianus Tractatu de ablutione pedum, & si alibi datus, nunc altius, expendendus, & ait: Uta ex capillis pro linteo, oculis pro catino, lachrymis pro bapismo: Cor contritum erupit in lachrymas, fides lavit, charitas unxit: caput pro suppedanea stravit: crinibus circumfusus, pedes sacros involvit, & tergit, nil sibi de se reinens, totam se tibi devolvit. Hæc sancta fœmina secundum omnes suas potentias se Christo consecrat, intellectum fide, voluntatem charitate, memoriam spe, quem ex sua conditione conceperat. Ad hoc Ablutionis ministerium præ amoris fervore, non aliquid querit extrinsecum, sed ipsa ex semet totum exhibet: Capite pro suppedanea, seu pelvi utitur: oculis pro catino, seu vase defluente: lachrymis pro bapismo: seu aqua: crinibus circumfusus: pro linteo. In extrema coena Christus lavat pedes discipulorum suorum; Ipsa ponit vestimenta sua, linteo se præcingit: Mittit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes discipulorum suorum, & exurgebat linteo quo erat præcinctus. Joan. 13. n. 5. in tam sublimi ministerio, vi ac impulsu amoris, non socium, ac adjuvamen aliquod querit, sed totum ipse persolvit, ac adimplet. Ut rectè notavit Theophylact. ibi & ait: Linteo præcingit se, ipse omnia faciens, lavans, & exurgens; mittit item aquam, & hoc ipse faciens, non aliis committens. Ut latè expendi tom. 5. in Evangelia cap. 5. q. 25. n. 50. 51. Amor ingens non admittebat socium, sed totum ipse persolvebat.

5. Quintò: D. Ambrosius in præsentis ait: Bona lachryma, quæ non solum nostrum possunt lavare delictum, sed etiam Verbi celestis rigare vestigium, ut regressus in nobis ejus exuberem: & immediatè antea præmisit S. Doctor. Ideo non lavit pedes suos Christus, ut eos lachrymis nos lavemus: Postquam Christus D. lavit pedes discipulorum suorum: Si ego lavi pedes vestros

Magdalena pœnitentia idæa.

Magdalena per pœnitentiam ex meretrice facta virgo.

Luc. 15. D. August.

D. Cyprian.

Magdalena ex ferventi amore omnia ex se admittit.

Joan. 13.

Theophyl.

D. Ambros.